28 Cd n:1

Nempe abes Virorum Summe, et dum Te frui
non datur, nec populo laetior est dies, nec Soles melius
nitent. Vultum redde. Atqui, quid reddas? discessi;
sed Tuus, quoque vero verora profitear, omnibus
vel invitis, Tuissimus. Quem ad Te deferri Centonem
Virgilianum jussi, dum et non displicuisse Tibi
credo, et me sine risu transmissum, ubi, non
caperata fronte, ea animadvertes, quae nec belli
homines damnent, nec abhorreant a Sacris Nupti=
=alibus. Heros Guilielmus, affinis tuus, si quid
iterum in partes veniat, dicet me Tibi, me Sibi
esse litterâ unâ plus quadam medium. Nec
depudui, nec sum hominis mendicabulum:
caeterum verò me in hunc diem quid obtinui
illius beneficii, cujus Tuae humanitati toto me debitorem esse
profiteor. Quà dabitur poterisque, fove me
meaque desideria; fave homini amicissimo;
sed non nisi quà posse demereri videbitur.
In quam partem peccato potius, et ignosce Scriben=
=ti intempesta, ultra umbilicum mortuâ nocte,
solventi se in somnum, ad quartam matutinam
discessuro, et quod caput rei Quem jam saevus
equis oriens afflavit anhelis. Habe porro

Virorum Summe

Mentis virtutibus vestris
aeternum vectigale

Graswinckelium

18 Junij 1634.

© Universiteitsbibliotheek Amsterdam
28Cd1
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5357

© Universiteitsbibliotheek Amsterdam
28Cd1
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5357

© Universiteitsbibliotheek Amsterdam
28Cd1
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5357

Virorum Summo,
D. Constantino Hugenio,
Zulichemo, Zeelhemo,
Monacholandae etc. Senatori
Auriaco, in humanissimas
manus.

© Universiteitsbibliotheek Amsterdam
28Cd1
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5357